delicet ⁊ ꝓximi explanatum. ⁊ ꝑtinet ſecundo loco ad perfectos qꝛ vt patuit ſuperius ſtatus perfectoꝝ ꝯſiſtit ſecundo loco in caritate dei ⁊ proximi dilectione.

Diſtinctio tercia tercij libri.

Filius.

POſtquā infoꝛmatus ſum de caritate dei ⁊ ꝓximi. ac alijs ꝗ̄ pluribꝫ q̄ ſpectant ſcd̄o loco ad ſtatum ꝑfectoꝝ. Nunc de tercio in quo ꝯſiſtit ſeu finaliter dependet ſtatus eoꝛundē perfectoꝝ cupio edoceri a te o pater.

Ca. I. Pater

SCire debes ꝙ ſtatus perfectoꝝ vt ſuꝑius pꝛemiſſum eſt conſiſtit tercio loco in dei ꝯtemplatōne. in q̄ virtute quanto quiſqꝫ eſt feruentioꝛ tāto eſt perfectioꝛ. Ad ꝯtemplationis do dulcedinem qui ꝑuenire deſiderat. neceſſe eſt vt per gradus aliaꝝ virtutum ꝯſcendere ſtudeat ac ꝓficere. vt tā excellentē virtutem demū apprehendere valeat ac deguſtare. Opoꝛtet nāqꝫ vt homo ꝑ ſacre ſcripture lectōem perfectam meditatōem ac deuotam oꝛōem necnon bonoꝝ operum exercitatōem ad ꝯtemplationis ſublimitatez ꝯſcendet ac ꝑueniet. L De hoc hugo de ſancto victoꝛe ſic ait. Quatuoꝛ ſunt in quibꝫ nunc exercet̄ vita iuſtoꝝ. ⁊ quaſi per illos gradus ad futuram perfectionē ſubleuatur. videliz. lectio. meditatio. oꝛatio ⁊ opatio. deinde ſequitur cōtemplatio. De his quinqꝫ gradibꝫ pꝛimus. id eſt lectio incipientium eſt ſupꝛemus id eſt ꝯtemplatio perfectorum eſt. ⁊ de medijs quanto pluries quis aſcenderit. tanto perfectioꝛ erit.

Verbi gratia. Pꝛimo lectio intelligētiam dat. ſecundo meditatio ꝯſilium pꝛeſtat. tercio oꝛatio petit. quarto operatio querit. quinto ꝯtemplatio inuenit. hec hugo. Beatus bernar. in libꝛo de ſcala clauſtralium de hoc ſic dt̄. hec eſt ſcala clauſtralium qua homines de terra in celum ſubleuant̄. ſ. lectio. meditatio ⁊ ꝯtemplatio. Beate vite dulcedinem lectio inquirit. meditatio inuenit. oꝛatio poſtulat. ꝯtemplatio deguſtat. Lectio quaſi ſolidum cibuz oꝛi apponit. meditatio maſticat ⁊ frangit oꝛatio ſapoꝛē acquirit. ꝯtemplatio eſt ipſa dulcedo que iocundatur ⁊ reficit. hec bernardus. Debet ergo quilibet religioſus in ſtudio ⁊ in lectōne ſcripture ſacre ſe exercere. qꝛ dilectio diuinorum eloquioꝝ eſt dulcedo coꝛdis ⁊ q̄dam ſpūalis refectio anime. II

Ad quod hoꝛtat̄ beatus auguſti. ſic dicens. Nutri animā tuam lectionibus diuinis. parabunt enim tibi menſam ſpūalem. Delectatio enim diuinoꝛuz eloquioꝛuz dulcedo eſt palato coꝛdis. In lectionibꝫ cognoſcimus quid agere debeamus. in oꝛatione eadem recipimus que poſtulamus. Igitur in pꝛeſenti vita nil puto iocundius pabulo ſcripturaꝝ quo omnia mella ſuperant̄ hec auguſtinus Hoc ſimiliter teſtatur hugo de ſancto victo. ſic dicens. Nihil in hac vita dulcius ſentit̄ nihil auidius ſumit̄. nihil ita mentē ab amoꝛe mundi ſeparat. nihil ſic animum contra temptationes roboꝛat. nihil ita hominē excitat ⁊ adiuuat ad om̄e opus ⁊ ad omnem laboꝛem ſicut ſtudiuz ſacre ſcripture. hec hugo. Etiam beatus ihero. ad amoꝛem ſacre ſcripture monet cum dicit. Ama ſcientiam ſcripturarum ⁊ carnis vitia non amabis. nūꝗ̄ de manu tua aut oculis tuis recedat liber. fac etiam ſemper aliquid vt dya-

bolus ſemper te inueniat occupatum.
in deſiderijs eſt oīs ocioſus. hec iſido.
Oīs ḡ deuotus monachus in ſtudio
lectōis ⁊ orōis ſe exerceat. qꝛ cū legit
deus ſecū loquit᷑ cū vero orat ipſe cum
dño ſermocinat᷑ Qui ḡ vult ſemꝑ eſſe
cū deo frequenter aut oret aut ſacre le-
ctioni intendat De hoc ſic dr̄ yſidorus
Orationibꝫ mundamur lectionibꝫ in
ſtruimur vtrumqꝫ bonū ſi liceat. ſi nō
liceat melius eſt orare qꝫ legere. Qui
cum deo ſꝑ vult eſſe frequēter debet ora
re frequenter ⁊ legere. naꝫ cū oramus
ipſi cū deo loquimur cū vero legimus
deus nobiſcū loquit᷑. Oīs ꝓfectus ex
lectione ⁊ meditatōne ꝓcedit. que eñ
neſcimus lectione diſcimus. que aūt
didicimus meditatione ſeruamus ge
minū ꝯfert donum lectio ſanctaꝝ ſcri-
pturarum. ſiue qꝛ intellectum mentis
erudit. ſeu qꝛ a mundi vanitatibꝫ ab-
ſtractum hoīem ad amorem dei perdu
cit. Excitati eñ ſepe illius ſermōe ſub
trahimur a deſiderio vite humane at-
qꝫ accēſi ī amore ſapīe tota vana ſpes
mortalitatis huius euaneſcit nobis.
qꝫto amplius legendo ſpes eterna cla
ruit. hec yſido. Certis itaqꝫ horis vt ait
beatus bern̄. lectioni vacandum eſt ſed
⁊ de quotidiana lectione aliquid quo-
tidie in ventrē memorie dimittenduꝫ
eſt. qḋ fidelibꝫ digerat᷑. Et rurſum re-
uocatuꝫ crebrius ruminet᷑. qḋ ꝓpoſito
ꝯueniat. qḋ munitioni ꝓficiat. qḋ teni-
neat aīm. vt aliena cogitare nō libeat.
hauriendus eſt ſepe de lectionis ſerie
affectus. ⁊ formanda orō que lectio-
nem interrumpat. nec eam impediat
interrumpendo qui priorē ꝯtinuo aīe
affectum intelligentia reſtituat lectio
nis. hec bern̄. De vtilitate etiā lectio-
num in ſacra ſcriptura ſcribit beatus
gregorius. ij. moral᷑. ſic dicens. Scri
ptura diuina mētis oculo quaſi quod-
dam ſpeculum opponit᷑. vt interna nr̄a
facies in ipa videat᷑. ibi etenī feda ibi
pulcra nr̄a cognoſcimus. Narrat aūt
geſta ſanctoꝝ vt ad imitatōem ꝓuocet
corda īfirmoꝝ. dūqꝫ illoꝝ victricia fa
cta ꝯmemorat. ꝯtra vitioꝝ prelia debi
lia mentē firmat. ſicqꝫ verbis illius vt
eo minus mens in certamine trepidet
quo añ ſe ꝑcedentes tot viroꝝ fortiuꝫ
triūphos videt. hec greg. ¶ Notan
etiā ꝙ ſunt nōnulli qui mandata dei ⁊
ſacram ſcripturā exquirūt ⁊ ſcrutant᷑.
non vt faciant ea q̄ legūt ſꝫ vt habeant
que alijs dicāt. De talibꝫ beatus aug.
ſic dr̄ Quia ſpūs ꝑſciuit multos ꝓpter
aliud qꝫ ꝯſtitutū eſt a deo ſcrutari man
data vel teſtimonia dei. ideo p ꝑs dr̄.
In toto corde exquirūt eū Alij ei ſcru
tant᷑. qꝛ volunt magis eſſe docti qꝫ iuſti
alij aūt ad hoc vt habeant que dicant
nō que faciant. quoꝝ nulli ſunt beati.
ſed ſolū illi qui toto corde. ſ. cū effectu
exquirunt vt cuſtodiant ⁊ faciant. vñ
ſancti viri non gaudent quia ſacram
ſcripturam intelligunt. ſed potius cuꝫ
illum per bona opera exequuntur. De
hoc beatus gregorius. xxij. moral᷑. ſic
ait. Non eſt ſecura leticia in diuinis
paginis vel fortia vel multa cognoſce-
re. ſed cognita cuſtodire. qꝫto enim in
tellectus latius extendit᷑ tanto ad ex-
plenda opera enixius ligatur. Sancti
etenī viri minime exultant cū cognoſ-
cunt que faciant ſed cum faciunt que
cognouerūt. hec gregorius Sunt etiā
nonnulli vt dicit idem beatus grego.
Qui ꝓpter huiuſmodi ſcientiam inflā
tur ⁊ extollunt᷑. ſed vera ſcientia affli-
cit non extollit. nec ſuperbientes facit
quos impleuerit ſed lamentantes fa-
cit qua quiſqꝫ cum repletus fuerit pri
mo loco ſe ſcire appetit. ⁊ iam ſui con
ſcius tanto p illā robuſtius ſapit. quā-
to ſe infirmū ex illa verius cognoſcit

atq; ad meliorem viam huius ſciētie
peruenerit. tanto ipſa ei humilitatis
formā magis aperit. hec grego. Debet
ergo quilibet religioſus in ſtudio ſacre
ſcripture ſe exercere ⁊ illa q̄ legit me-
morie cōmendare ⁊ cū vacat a lectione
mentē ſuā ſtudeat occupare bōa ⁊ fru
ctuoſa meditatōe. q̄r meditatō ſancta
que habet de reb⁹ ſpūalib⁹ ſiue de eter-
na vita facit hoīez cōtemnere cōcupīas
huius ſeculi ⁊ non grauari obſeruātia
mandatoꝝ dei. ❡ De hac medi-
tatōe dr̄ beatus bern̄. Felix cuius medi
tatio in cōſpectu dn̄i ſp̄ eſt. qui in corde
ſuo delectatōes dextre dn̄i vſq; in finē
ſedula cogitatōe reuoluit. Quid em̄ il
li graue poterit videri qui ſp̄ mēte tra
ctat ꝙ non ſint cōdigne paſſiones hui⁹
tp̄is ad futuram gloriam. Quid cōcu-
piſcere poterit in ſeculo neq; cuius o-
culus ſp̄ videt bona dn̄i in terra viuen
tiū. ſp̄ videt premia eterna. hec bern̄.
Et notandū ꝙ per ſtudiū lectionis et
ſcē meditationis cōponit mens hoīs ⁊
efficit abilior ⁊ deuotior ad exercēdū
opus ſalubre orōnis. q̄r quāto quiſq;
eſt diligentior in ſacre ſcripture lectō
ne ⁊ pia ac fructuoſa meditatōne. tan
to ꝓmptiorē animum habere poterit ⁊
expeditiorē ad fundendas p̄ces deuo-
te orōnis ❡ Oratio aūt ſm̄ caſ-
ſiodoꝝ eſt pie mētis ⁊ humilis ad deū
conuerſio. fide ſpe ⁊ caritate ſubnixa.
Scd̄m vero beatū bern̄. Orō eſt deuo-
ta cordis in deū intētio ꝓ remouēdis
malis ⁊ adipiſcēdis bonis. Vn̄ vnuſ-
quiſq; qui ſentit ſe in aliqua tribulati
one aut temptatōe ſeu necitate cōſtitu-
tum currat ad remediū orōnis. Nam
ipſe dn̄s dicit. Petite ⁊ accipietis. q̄
rite ⁊ inuenietis. pulſate ⁊ aperiet vo-
bis. Niſi em̄ oīps deus dona ſue gratie
⁊ mīe petentib⁹ ſe dare vellet nequaq̄
hortaret nos ad petendum. De hoc dr̄
beatus augu. Non tantum hortaretur
nos dn̄s ad petēdum niſi dare vellet.
Erubeſcat igit pigricia noſtra. nā pl⁹
vult dare q̄ nos accipere. plus vult il
le miſeri q̄ nos a miſeria liberari. hec
aug. Oratio aūt ad hunc finē eſt inuē
ta ⁊ cōſtituta. vt per eam venia peccato
rum obtineat. pena euadat. ⁊ gloria
vite eterne obtineat. Vnde caſſio. ſu
per p̄s. de hoc dr̄. Oratio poſita eſt per
quam ira dn̄i ſuſpendit. venia ꝓcura-
tur. pena refugit. ⁊ premioꝝ largitas
impetrat. cum dn̄o loquit. cum iudi-
ce fabulat. p̄ſītem ſibi facit quē vide-
re non valet. ad penetralia iudicis pre
cator admittit. ⁊ nullus inde reſpuit
niſi ille qui in ea tepidus inuenit. Hec
caſſio. Dz ergo quilibet deuotus intē
dere ſtudio orōnis. q̄r ipſa mentez ad
celeſtia eleuat. ⁊ facit hoīem cum deo
loqui. De hoc beatus bern̄ ſic ait. Orō
eſt hominis deo adherentis affectus ⁊
familiaris quedam ⁊ pia allocutio. ⁊
illuminate mentis ſtatio ad fruēdum
deo dulciter q̄diu licet. Dicit etiaz de
hoc beatus iheroni. Multum valet fre-
quēs oratio ⁊ deuota. quia hominez a
terra ſubleuat ⁊ ad celeſtia vehit. ⁊ fa
cit hominē cum deo loqui. gratias ab
eodē obtinet. dūmodo fuerit in ea de-
uotio mixta lacrimis. multum em̄ va-
let oratio frequēs conſperſa lacrimis
ad ꝓmerendam diuinam clemētiam.
hec iheroni. De efficacia etiam oratio
nis ſic dr̄ beatus auguſti. Oratio ē ani
me ſancte preſidium. angelo bono ſo-
lacium. dyabolo ſupplicium. deo gra-
tum obſequiū. plerumq; aūt hoc nego
ciū plus gemitib⁹ q̄ orationibus agi
tur. plus fletu q̄ afflatu. pura etiā ora-
tio vice boni nuncij fungit ante deum.
hec aug. Ergo ad orōnem deuotā nos
hortat yſaac abbas ita dicens. Mun-
da teipſm coram dn̄o. ⁊ ſemꝑ habeas

memoriam eius in corde tuo. ne morã
ꝓtrahens extra memoriã dei ſine ſecu/
ritate ſtas. q2 ſecuritas apud deũ ex ip
ſius frequenti colloquio multaqꝫ ora/
tione. hec yſaac abbas. Inde eſt ꝙ dr
abbas effrem. Oratiões deniqꝫ ꝑfecte
illoꝝ qui ex toto corde diligunt deum
cũ magna exultatiõe ad celũ aſcendũt
Angeli etiã ⁊ archangeli cum gaudio
occurrunt eis ⁊ ſuſcipientes eas vſqꝫ
ad thronũ ſancti ꝑducunt. Etenĩ mag
na gloria ſanctoꝝ angeloꝝ eſt ⁊ ineffa
bilis leticie. cũ ſanctiſſimas ⁊ puriſſi
mas orõnes obtulerint. hec effrem ab/
bas Hanc etiã virtutẽ orõnis ↄmen/
dans beatus berñ. ſic ait. Quid orõne
precioſius que deo eſt ſacrificiũ ange/
gelis organum. ſanctis ↄuiuiũ. oranti
bus preſidiuꝫ. ↄtritis vnguentũ. reis
ſcutum. penitentibꝫ remediuꝫ. hoſtibꝫ
iaculuꝫ. ⁊ temptatis omnibꝫ firmamẽ
tum. hec berñ. Et notandũ ꝙ deuota ⁊
humilis oratio cũ ad deũ effuſa fuerit
celos penetrat atqꝫ alia multa efficaci
ter bona impetrabit vt teſtaꝛ beatus ber
nar. ſic dicens. Que fidelis humilis
⁊ feruens orõ fuerit. celum ſine dubio
penetrabit. vnde vacua redire nõ pote
rit. ꝓpterea ſemꝑ ad manuꝫ habeatis
tutiſſimũ orõnis refugiũ. nemo veſtrũ
paruipendat orõem ſuam. dico enĩ vo
bis q2 ipſe ad quẽ oramus nõ ꝑuipen
dat eam. priuſqꝫ fit ab ore veſtro. ipſe
ſcribi iubet eam in libro ſuo. ⁊ vnũ ex
duobꝫ indubitanter ſperare debemus.
qm̃ aut dabit qđ petimus. aut nouit
nobis vtilius nõ dediſſe. nos enĩ quid
oremus ſicut oportet neſcimus ſed mi
ſereꝛ ille ſuꝑ ignorantia nr̃a ⁊ orõneꝫ
benigne ſuſcipiens qđ nobis aut oĩno
non eſt vtile aut non tã cito dari neceſ/
ſe eſt minime tribuit oĩo tñ infructu
oſa non erit. qñ quidem ſuꝑ te cura eſt
deo tuo vt quotiens ignorans queris

qđ tibi inutile eſt non te exaudiat ſuꝑ
hec ſꝫ mutet illđ vtiliori dono. hec ber.

Filius

Cum itaqꝫ magnum effectum ha
beat oratio deſidero vt de oratiõe
dominica que ceteris eſt eminentior ve
lis me informare.

Ca. .II. Pater. Q

DE oratione do/
minica ſcire debes ꝙ ipſa eſt
quam xp̃us inſtituit excellens oẽs ali
as in tribꝫ. viꝫ in dignitate. breuitate
⁊ fecunditate In dignitate primo ex/
cellit. q2 a dei filio edita eſt ⁊ docta In
breuitate excellit ſcđo. ⁊ hoc ꝓpter. vij.
Primo vt ſciaꝛ cito. Secundo vt me
moreꝛ melius. Tercio vt frequentius
dicaꝛ Quarto vt dicens tedio nõ affi
ciaꝛ. Quinto vt nemo de eius ignorã/
tia excuſeꝛ Sexto vt dñs cito exaudi/
re oſtendaꝛ. Septimo vt magis affe/
ctu qꝫ voce rogeꝛ. Tercio orõ domini/
ca alias orõnes ꝓcellit in fecunditate.
q2 in eo oĩa petenda ↄtineꝛ. naꝫ oĩs
petitio aut eſt de bonis adipiſcendis.
aut de malis amouendis. R Om
ne aũt bonũ. aut eſt celeſte. aut ſpũale.
aut corꝑale. celeſte petiꝛ ibi. aduemat
regnũ tuũ. ſpũale ibi. fiat volũtas tua
Petiꝛ etiã tꝑale cũ dr. panem nr̃m ⁊c̃
Et ſic in hac orõne petiꝛ omne bonuꝫ
Item omne malũ. aut eſt ꝓteritũ ⁊ hu
ius amotionẽ petimus ibi. dimitte no
bis debita nr̃a ⁊c̃. Aut futuꝝ. cuius a/
motio petiꝛ ibi. ⁊ ne nos inducas Aut
ꝓſens qđ amoueri petiꝛ ibi. ſed libera
nos a malo. Septima petitio eſt quaſi
oĩm ↄfirmatio. Et notanduꝫ ꝙ ꝑ. vij.
dona ſpũſſancti ⁊ ꝑ ſeptem petitões
in oratiõe dominica vitaꝛ ſeptem mor
talia vitia. ⁊ ĩpetranꝛ. vij. btĩtudines
⁊ iõ de his ſunt pauca dicenda. Pria